MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)
Admont, 1180 Seite 144r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



predicator ueritatis in uniuerso mundo. ℣. Per
quem omnes gentes cognouerunt gratiam dei.
℟. Magnus sanctus Paulus uas electionis uere
digne est glorificandus qui et meruit thronum
duodecimum possidere. ℣. In regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis
sue. ℟. Bonum certamen certaui cursum con
summaui fidem seruaui. ℣. De cetero reposita
est mihi corona iusticie. Sermo. s. Iohannis epi.

Beatus Paulus qui
tantam uim humane ala
critatis ostendit ut ad celum
quoque ipsum ualeat subuola
re, pretermittens angelos et archangelos.
aliasque uirtutes. aliquando quidem suo
exemplo xpianos fieri imitatores iubet
dicendo. imitatores mei estote sicut et
ego xpi, aliquando quidem de se resipis
cens. ad ipsius dni nos imitationem osten
dit dicens. Estote ergo imitatores dei sicut
filii karissimi. ℟.

Qui operatus est Petro.
in apostolatu operatus est et mihi
inter gentes et cognouerunt
graciam dei que data est mihi. ℣. Gracia dei
in me uacua non fuit sed gracia eius semper
in me manet. Et cognouerunt. Iam uero
demonstrans quia nichil ita hanc imi
tationem pariat quam si ita uiuat aliquis.
ut bonum eius in commune proficiat. atque uni
uersis utiliora prouideat. adiunxit. Ambu
late in karitate. Ideo cum dixisset imi
tatores mei estote. continuo de carita
te disseruit quia hec precipue uirtus
homines deo proximos facit. ℟. Scio cui
credidi et certus sum quia potens est depositum
meum seruare usque in illum diem. ℣. Repo
sita est mihi corona iusticie quam reddet michi
dominus. In illum die. Quantecumque
sunt alie uirtutes inferiorem tenen
tes locum. cuncte erga hominum stu
dia uersantur, ut est contra concupiscen
tiam pugna. ut quod aduersus gulam
geritur bellum. ut in auaricie interi
tum acies ordinata, ut cum iracundie
furore conflictus, diligere uero nobis cum
deo commune est. ℟. Bonum certamen
certaui cursum consummaui fidem seruaui
ideo que reposita est mihi corona iusticie. ℣. Scio
cui credidi et certus sum quia potens est de
positum meum seruare in illum diem. Ideoque

Propterea et deus imperabat. Orate pro
persequentibus et calumpniantibus uos, ut si
tis filii patris uestri qui in celis est. Hoc igitur et
Paulus cunctorum esse intelligens caput
bonorum, omni in se studio exprimere
curauit. ℟. In omnem terram. ℟. ii. ℟.
℟. Saulus qui et Paulus magnus predicator a
deo confortatus conualescebat et confunde
bat iudeos. ℣. Ostendens quia hic est xpc filius
dei uiui. ℟. Ne magnitudo reuelationum
extollat me datus est mihi stimulus angelus
satane ut me colaphizet propter quod ter do
minum rogaui ut auferret a me et dixit
mihi dominus sufficit tibi saule gratia mea.
℣. Nam uirtus in infirmitate perfi citur.